DE
EBRE INTERMITTENTE.

DISSERTATIO
NAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

RATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

LMA LITTERARUM UNIVERSITATE WRATISLAVIENSI
VIADRINA

UT SUMMI

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XIII. MENS. DECEMBRIS A. MDCCCLVI.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDIT

AUCTOR

LEO PUSCH
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

MAX GERICKE, MED. ET CHIRURG. CAND.
HUGO GUMPRECHT, MED. ET CHIRURG. DR.
CAROLO MENZEL, MED. ET CHIRURG. DR. PRACT.

VRATISLAVIAE,
TYPIS OFFICINAE ROBERTI LUCAE.

VIRO

AMPLISSIMO

I. P. TRUSEN,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, RERUM
CARUM ET CHIRURGICARUM IN LEGIONE EXERCITUS
'SSICI VICESIMA SECUNDA PRAEFECTO SUMMO, EQUITI
QUILA RUBRA, MEMBRO CORRESPONDENTI SOCIETATIS
CAE HAMBURGENSIS, MEMBRO ORDINARIO SOCIETATIS
RUSSICAE PRO MEDICINA PROMOVENDA, ETC. ETC.

PRAEFECTO HUMANISSIMO, SUMME VENERANDO.

HASCE

LITTERARUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

De febre intermittente.

bus, ex quibusdam febris impetibus compositus, regularibus periodis redeunt et intervallis febre e liberis separati sunt, febris intermittens nomi- solet. Quae definitio nimis angusta est, sicut ea videbimus, quia et genera hujus morbi inve- tur, quibus deest febris, et alia contra in qui- impetus, puris intervallis separatos, non habe- nihilominus haec genera ex eodem processu tur, quo febris quae proprie vocatur intermit-

implicissima febris intermittentis forma nomine s intermittentis legitimae, genuinae, simplicis ta est.

Symptomata.

vasioni anteire solet stadium prodromorum, pe- incubationis nomine designatum, lassitudine m, defatigatione, doloribus incerti generis, ciborum, oppressione pectoris, dolore in scro- cordis etc. se manifestans.

ebris intermittens ipsa composita est Pyrexia yrexia seu Paroxysmo et intervallis afebrilibus. Paroxysmus. Est febris, intra nonnullas decurrens, stadiis frigoris, caloris, sudoris sita. a) Stadio frigoris aegrotus sensum habet, qua frigida corpus superfundatur, partes a remotae ut labia, genae, nasus, acumina digi-

torum, ungues, albidae et coeruleae fiunt et rige
Contractione telae cutis elasticae papillae et bul
capillorum se erigunt efficiuntque cutem anserina
ut dici solet. Facies collapsa, oculi in orbitas r
tracti sunt. Pulsus est acceleratus, parvus, filifo
mis, interdum intermittens. Sunt, qui vidisse se
dicant, hocce stadio ulcera secernentia sicca fac
esse, tumores evanuisse, mammas esse collaps
Durat hoc stadium horae quadrantem usque ad h
ras quatuor et quo longius ipsum est, eo brev
stadium sequens esse solet, in quod non subito s
successive transit.

b) Stadium caloris. Pulsus plenior, frequenti
elatior fit; dolor in capite, interdum vertigo, delir
praecipue apud infantes. Receptivitas sensu
aucta est, scintillae ante oculos, murmura ante a
res, lingua arida; urina parca, pigmentosa, fe
flammea est. Hoc stadium tres usque ad dec
horas durare solet. Sequitur

c) Stadium sudoris, criseos. Cutis, antea ari
mollis fit, corpus sudore tegitur, qui primum in fos
axillari, in regionibus inguinalibus, in fronte, t
in manibus, tandemque in toto corpore in consp
tum venit.

Pulsus antea plenus et durus, mollis, undos
minus frequens fit. Sudor acidule redolet. In uri
magnae Ammonii et Natri urici copiae pigmento
inveniuntur, quae sedimentum efficiunt, laterit
nominatum.

Hoc stadio praeterlapso

II. Apyrexia sequitur, in qua aegrotus san
esse videtur, donec certo temporis intervallo pra
termisso, idem symptomatum ordo apparet. S
credere non licet, in apyrexia aegrotum plane lib
rum esse morbi phaenomenis, contra maximam

tem remanent. Pulsus manet acceleratus, habet tum metallicum in ore aegrotus, atque praeterea : habitus febrilis, quem dicunt, in conspectum it, colore flavo, cereo, se manifestans, et lien, ıs volumen in stadio frigoris augebatur, major ıet et eo magis quo frequentius paroxysmi repetur.

Rhythmus, secundum quem paroxysmi redeunt 'pus febrilis) maximam in partem periodicus est, re genera febris intermittentis facta sunt haec:

1) Febris intermittens quotidiana, si symptomatum series intra horas viginti quatuor semel producitur.
2) Febris intermittens tertiana, si intra quadraginta horas semel apparent symptomata.
3) Febris intermittens quartana, cujus paroxysmi quarto quoque die revertuntur, ita ut biduum morbi phaenomenis careat.

Nonnulli medici etiam de longioribus dixerunt rvallis, typumque quintanum, sextanum, septima-, imo etiam menstruum statuerunt, quin non-i ita protulerunt observationes ingeniosas, ut ım constituerent annuum. Quas observationes n in suspicionem trahere noluerim, tamen vix ıstio ea discerni poterit, utrum his in casibus is intermittens ex vero typi processu, an aliis aussis originem capiat. Typi illi, qui semel tan-illa per tempora reiterantur, appellantur sim-ıs, quibus duplicitas et duplicatio sunt oppositae. lex est typus, si febris paroxysmi ita apparent, x febribus duabus, quae habent typum tertianum uarum paroxysmi in dies cadunt diversas, com-ta videatur. Paroxysmi harum duarum febrium runt quoad tempus, intensitatem, symptomata, n, correspondentque paroxysmi, qui ad eandem

febrem pertinent, ita ut exempli gratia in febre in termittente tertiana duplici paroxysmi diei primi cor respondeant paroxysmo diei tertii, et paroxysmu diei secundi diei quarti.

Typus multiplicatus similiter compositus est, se differt ab illo quia paroxysmi febrium diversarum in eundem cadunt diem. Distinguuntur denique ty fixi et erratici. Typus est fixus, si paroxysmi ea dem semper hora redeunt; si vero insultus aut priu aut serius repetuntur, febres offerunt typum, que aut anticipantem aut postponentem appellare co suevimus. Typus erraticus ille nominatur, cuju paroxysmi ad nullum reduci possunt rhythmum

Decursus et exitus.

Triplex est febrium intermittentium exitus: tran seunt enim aut in sanitatem, aut morbos alios, au in mortem.

Quod attinet ad transitum in sanitatem integram saepissime evenire solet atque oritur ita, ut paroxys mus sua sponte desinat aut medicaminibus depella tur, qui tunc sensim sensimque levior evadit, deni que omnino cessat. Singuli paroxysmi duplici cri finiri solent, rarissime crisi cutanea sola, aut rena sola, quam utramque crisin supplementariae adhu crises sequi solent, maximam partem reaction nota ratione constantes. Ita in intermittentibus in flammatoriis sub paroxysmi finem haemorrhagia oriuntur, aut si status gastricus cum febre est con junctus, eruptio vesicularum parvarum circa os nares.

In intermittentibus illegitimis contra crises sun magis inhibitae; crisis enim, per cutem et rene

ndicata, magis irritationi systematis nervorum
ondet, ita ut, si nervi aegrotantes ad secreto-
aliquod organum pergunt, secretio valde au-
ur; laborantibus enim nervi trigemini ramis
is effundi lacrymas vel largam oriri salivatio-
sub uniuscujusque paroxysmi finem videmus.
decursus et finis totius morbi vulgo non su-
evenire solet; quod si fiat, semper signum est
m. Paroxysmos, intensitate diminuta, sensim
escere melius est. In febribus duplicibus et
catis impetus mitior prius cedit, quo fit, ut in
lices mutentur.
xitus in morbos alios, aut in secundarios aut
schematicos. Morbo per longum tempus pro-
fieri potest, ut alienationes cujusdam organi
neant.
lic sunt notanda:
) Hydrops. Intermittentis febris residuorum
quae sub forma exstant hydropis, tria sunt
genera distinguenda.

a) Hydrops acutus, qui est habendus pro crisi anomala. Exudatum vel in tela cellulosa vel in abdomine invenitur. Hujus formae diagnosis facile constitui potest, quippe post quemque paroxysmum seri augetur copia, crisi normali deficiente. In urina quoque plus aut minus albuminis apparet.

b) Hydrops atonicus, ubi longum per tempus exstitit morbus ex insequente corporis debilitate et sanguinis dyscrasia exoritur. In illo dignoscendo haec sunt respicienda: Intermittens diu perduravit, dum paroxysmi sensim amiseruut vehementiam. Eadem ratione qua intermittens

evanescit, aegrotus tumescere coepit primum quidem circa malleolos apparet h drops, a quibus progrediens postremo a cites aegrotum corripit. Magna co emittitur urinae, quae adspectum prae modum pallidum, aquosum praebet, et p tium solidarum, i. e. salium secessione insignis.

c) Hydrops organicus sic dictus, mutatio bus organorum systematis chylopoë provocatus, existere solet secundarius

2) Placenta febrilis, quo nomine mutatio alicu glandulae in systemate chylopoëtico desig tur, praecipue lienis. Haec autem lienis ph sconia sic dicta non solum est mera hyp trophia, sed etiam organi structura est m tata vel indurata, vel quod crebrius accid solet, mollita. Quo facto prae ceteris ha tus aegroti fit cachecticus. Aegrotus sa haemorrhagia vexatur, plerumque epistax nare sinistra, cui mutatio additur urinae, ut in illa, praecipue post prandium mis sedimenta subsidant copiosa. Hydrops org nicus vel eam antecedit, vel simul cum prodit. Quae omnia phaenomena illis in gionibus quibus malaria continuo evolvi so incolarum habitui impressa apparent.

Haud raro febris intermittens efficit stat cachecticum, colore cereo, subflavo conspicuus, gestio et nutritio decumbunt. Colorem illum p prium in illis praecipue videmus regionibus, febres intermittentes epidemice inveniuntur. cachexia Hydrops anasarca et Hydrops univers facillime exoriuntur.

Exitus in mortem non saepe accidit, nihilomi

rvatur; praecipue senes et imbecilli summo in re apoplectice moriuntur. Mors omnino semper xysmis, nunquam apyrexiis supervenit, idque in stadio aliter. Mors in stadio frigoris intermitım simplicium paralysi organorum centralium ri solet, quae magna hyperaemia, vel exsudaruentis, vel exsudatis intra cavitatem sive craive canalis spinalis inducitur. Interdum mors rde oritur, quum inter horrorem magna sanguquantitas ad cor propellatur, ut aut apoplexia, ruptura ejus eveniat. In stadio aestus mors atis aut serosis aut lymphaticis inferri solet. adio criseos mors, etsi rarissime irruat, tamen olliquativis crisibus proficisci potest, ita ut suus profusis vel diarrhoeis colliquativis debi- aegroti virium inanitione interimantur.

aepius autem defunguntur aegroti morbis seariis, physconiis, haemorrhagiis, rupturis, Cir- hepatis, hydropsiis. Febre intermittente deorum cadavera secantes semper invenimus iescentiam vel physconiam hepatis aut lienis.

Diagnosis.

ebris intermittens confundi potest cum febre ca, cum febribus quae e vulnerationibus, e puesorptionibus nascuntur. Commemorandum est, febres secundarias typum non servare fixum maximam in partem erraticum. Quarum paroi semper fere in tempus postmeridianum s. veinum cadunt. Fit quoque ut per diem duos nt paroxysmos, quum febris intermittentis quoae paroxysmi horis matutinis apparere soleant. quod ad spatium stadiorum singulorum attiin febre hectica frigus et sudor minus durant oris quam calor: contra in febre intermittente

quotidiana longissimum stadium est frigoris, brev
sunt caloris et criseos stadia. Caret praeter
post paroxysmum in febre hectica sedimentum lat
ritium in urina, interdum contra sedimentum pur
lentum perspicuum est. Apyrexia in febre hecti
completa non est, non adsunt tumores lienis n
dolor in dorso, febri intermittenti proprii. Sed qu
maximi est momenti, in febre hectica indagatio
accuratius instituta, vitia alia corporis inveniunt
ut tuberculosis pulmonum, etc. etc.

Propagatio geographica.

Per plurimas terrae regiones pervagatae et di
fusae sunt febres intermittentes, vexant alias pe
petuo, alias semel pluriesve per annum, alias, lo
giore annorum serie intermissa, epidemice aggr
diuntur. In plagis calidis tam perniciosi sunt i
morbi, ut incolarum numerum saepe deciment.

Polos versus secundum Canstatt porrigi dicu
tur usque ad gradum sexagesimum. Eisenma
computando demonstrare conatus est, quae terr
in regionem febris intermittentis cada
„Setzt man, inquit, eine Elevation über der Me
resfläche von je $166^{2}/_{3}$ Schuh gleich einem Br
tengrade der Ebene, so lässt sich im Allgemein
leicht berechnen, welche Gegend noch in die Wec
selfieberregion fallen. In allen jenen Gegend
deren Breitengrade plus ihrer durch $166^{2}/_{3}$ divid
ten Höhe (nach Schuhen berechnet) die Zahl v
60 nicht erreichen, können die Wechselfieber no
vorkommen. Würzburg z. B., das unterm 50st
Grade nördlicher Breite liegt, und eine Elevati
von 560 Fuss hat, und dessen Formel demnach
$50 + | 560 : 166^{2}/_{3} | = 53^{3}/_{8}$, liegt noch w
diesseits der Gränze der Intermittentes. Durch

angeführte Berechnungsart lässt sich natürlich
eich auch ersehen, in welchen Orten Wechsel-
r nicht mehr vorkommen, denn alle jene Ge-
en, deren Breitengrade entweder für sich oder
n Hinzuzählen ihrer durch $166\,^2/_3$ dividirten
e die Zahl 60 überschreiten, haben eine der
mittens ungünstige Luftconstitution. So wer-
die Intermittentes nach Linné's Zeugniss schon
ernesandien nicht mehr angetroffen. Herne-
ien liegt aber auch schon jenseits des 60sten
engrades. So ist das Wechselfieber in und
Andreasberg auf dem Harze ganz fremd. An-
sberg liegt aber ungefähr unter dem 52sten
engrade und hat eine Elevation von 1817 Fuss
der Ostsee, sohin zur Formel

$$52 + \mid 1817 : 166\,^2/_3 \mid = 62\,^6/_7.$$

so wird nach Sprengels Zeugniss das Wech-
ber in Nordheim und Uslar auf dem Harze
isst, beide haben aber eine ähnliche Lage wie
easberg. Und in dem unterm 48sten Breiten-
e und 1650 Fuss über der Meeresfläche liegen-
München, welchem sohin die Formel

$$48 + \mid 1650 : 166\,^2/_3 \mid = 58$$

nmt, sind die Wechselfieber schon sehr selten."

Aetiologia.

m ad gravissimam dissertationis partem perveni,
ussas quidem exponendas, ex quibus proces-
lle nascatur. Inde ab antiquissimis tempori-
ententiae maxime variae prolatae sunt. Om-
ere materiam quandam statuunt, quae febrem
nittentem commoveat. Cognitum est, a Galeno
is generibus singularem materiam tributam
quotidianae pituitam, tertianae bilem, quarta-
tram bilem. Cui sententiae illorum contraria

est, qui caussam in affectione nervosa positam es
censent.

Nostris temporibus plurimi consentire videnti
sanguinis dyscrasiam caussam esse morbi, et, qu
in morbo ipso appareant affectiones nerveae, ha
phaenomena nervea esse signa secundaria.

Sed audiamus quoque alteram partem, qui arg
mentis satis sagacibus atque ingeniosis febrem i
termittentem morbum nervosum demonstrare cona
tur. Dicunt enim:

1) Conspici interdum paroxysmos, qui in ap
rexiam transeant sine evacuationibus critic
et hoc modo totum quoque morbum sine c
sibus evanescere posse, quod nequaquam fi
possit, si dyscrasia sanguinis morbi caus
proxima sit.
2) Paroxysmum instantem omnino opprimi pos
remediis brevi tempore ante insultum oblat
ita ut hujus phaenomeni ratio vi medicam
num cum nervis communicatae tribuenda s
3) Existere neuroses, quae eodem typo, q
febris intermittens, utantur, et nequaquam e
acerbationem et remissionem, sed plane p
rexiam et apyrexiam praebeant, quamobre
ab autoribus plurimis febres intermittent
larvatas nominari. Quas neuralgias intermi
tentes iisdem remediis febrifugis et nervi
ac febrem intermittentem sanari.
4) Et in aliis nervorum morbis intermissione
apyrexias inveniri, quod omnino in iis fi
non solere, qui ex sanguine, vel alius orga
destructione exoriantur. Qua de caussa febre
intermittentem epilepsiae et spasmis fe
aequiparari posse.
5) Non raro in febre intermittente, si sana

appropinquet, paroxysmum prodromis jam indicatum non accidere, attamen pro eo neuralgiam aliquam, persaepe Cephalaeam aegrotum occupare, qua ex re febris intermittentis similitudinem atque affinitatem cum neurosibus elucere.

) Intermittentes medicaminibus sanari, quae vim in nervos exerceant, contrariam ei, quam exerceant illa, quibus febris intermittens sit orta: excitare enim et roborare vim nerveam. ĵjusmodi esse omnia remedia aromatica et amara, systema gangliorum excitent et roborent, prae- corticem Chinae, tum arsenicum etc.

)uas sententias, si hujus libelli limites non ex-, postea singulatim refutare conabimur. Jam ratius ad statum modumque transeamus san-s, ex quo majore jure, quaemadmodum ego qui-opinor, morbus intermittens proficisci videatur. Status sanguinis, qui febrem intermittentem pro-t, a Schultz „melanodes" appellatur. Corpus- hujus sanguinis sunt torpida, cruoris plena, ad respirationem inepta fiunt — distinguuntur iscula hac proprietate a venosis, quae in pul-bus colorem nigrum, Acido carbonico emisso, unt — atque quia ad respirationem non amplius a sunt, hunc processum, stases in pulmonibus antia, difficilem reddunt. Respiratione vero rfecta, systema nervosum atque cerebrum satis recreantur, oriuntur febres intermittentes, et in ipsa portarum Haemorrhoides morbique hepa- Sanguis melanodes tendit ad decompositiones icas, propterea quod materias continet, quae am corpora mortua ejici debent.

ystema excitomotorium hoc sanguine praecipue ır, dico medullam spinalem medullamque oblon-

gatam, sed quia simul musculi sanguine, oxygen carente, non satis excitantur, hi quoque debilita sunt. Systema nervosum gangliosum nihil aliu efficit, nisi ut irritationem excitomotoriam tubi i testinalis provocet, quae eodem jure a cute com moveri possit. Systemate vero centrali nervo atque musculoso alienatis, irritatio atque irritabilit horum duorum systematum morboso modo afficit ex quo iterum facillime alienationes excitomotori exoriuntur. Quaesiveris fortasse, utrum indoles m dullae spinalis per se nascatur, an, cerebro sim interveniente. Si res eo, quem posteriore loco p suimus, modo sese haberet, sanguis melanodes pri in cerebrum vim exerceret, cui consentaneum ess hominem, cujus cerebrum maxime perfectum e non vero mammalia, quaemadmodum antea putav runt, ad febres intermittentes inclinare.

Nihilominus temporibus recentioribus febres i termittentes et in canibus et in simiis visae su ita ut vis cerebri praevalens minime necessaria deatur. Irritationes excitomotoriae, quas commem ravimus, vel a tubo întestinali vel a cute exeu vel ab utroque systemate, caussaeque sunt sta frigoris, ubi Paroxysmus incipit.

Paroxysmus quidem, dummodo dispositio med lae spinalis adsit, et a tubo alimentario et a c oriri potest, ita ut febris intermittens et refrige tione et indigestione exoriatur. Ut tubus intesti lis indigestione ad morbosam inclinet irritation vel ut abnormis intestini coeci digestio causa status sanguinis melanodis, sic eodem quidem mo quo spasmi vermibus, stadium frigoris nasci Hoc in stadio respiratio simul patitur, quo fit, sanguis magis debilitetur, fonsque Caloris anim magisque obstruatur.

Saepenumero motus excitomotorii, status mela-
s caussa, oscitatione, gelu, jam ante febris
tionem se ostendunt, atque paroxysmus nihil
l est nisi scansio, auctus horum signorum. Ita-
videmus interdum, in febribus intermittentibus
gnis paroxysmum in Tetanum posse transire.
Eodem modo a cute irritatio excitomotoria exire
est, sicut saepenumero post refrigerationem febres
rmittentes erumpere videmus. Affectio et cutis
ubi alimentarii eruptionem provocant, sunt caus-
proximae, sed indoles ipsa in sanguine mela-
e posita est, atque in ejus vi et effectu in systema
vosum.
Status melanodes sanguinis duplici modo effici
est, aut pulmone aut systemate venae portarum.
pulmone efficitur inspiratione aëris palustris, quo
puscula sanguinis debilitantur. A vena portarum
pit, si digestio intestini coeci aucta est. Hoc
n hepar simul affectum est, propterea quod san-
s corpuscula melanoda eliminare non potest, quae
atis est functio. In utroque casu lien afficitur,
magna pars radicum venae portarum ex eo
ntur, et in hoc praecipue organo magna sangui-
melanodis quantitas colligitur.

Prognosis.

Prognosis pendet ab iis, quae sequuntur mo-
tis:

1) A Typo febris intermittentis.

Rhythmus tertianus faustissimam praebet pro-
sin, infaustior est in febre quartana nec non in
idiana, tamen complicationes magni ponderis
, quae ubi exempli gratia cum typo tertiano
unctae apparent, prognosin interdum infausti-
n reddunt quam in typo quartano.

2) A qualitate stadii apyretici.

Quod quo purius eo faustior prognosis; quum vero intermissiones imperfectae in conspectum veniunt; quum remissiones solum adsunt et hae quoque disparent; quum paroxysmus alter jam redit priusquam antecedens finitus est (Febris subintrans) tum prognosis semper dubia fit.

3) Ab intensitate atque spatio, quod temporis stadia durant.

Quo diutior paroxysmus, atque vehementior, eo infaustior. Crisis perfecta, sudore copioso se manifestans, spem offert, fore, ut paroxysmus sequens minus vehemens fiat.

4) A spatio temporis quod jam Morbus duravit.

Quo recentior eo facilius est curandus.

5) Ab aetate et a constitutione aegroti.

In senibus atque infantibus majore cum periculo conjuncta est, quam in adultis; est periculosior porro in debilitatis, pinguibus quam in robustis, macris hominibus. Mulieres gravidae periculum subeunt, ne in stadio frigoris abortum edant.

Curatio.

In febris intermittentis curatione indicationes in sequentes respiciendae atque observandae sunt:

1) Ut causae tollantur.

In regionibus, ubi intermittentes grassantur, indicatio causalis est, homines tueri. Rei publicae Magistratus autem ad cavendas intermittentes febres epidemicas et endemicas conferre possunt paludes domibus finitimas exsiccando, omniaque imperando quibus inundationes prohibeantur et aëre insalubri paludoso regiones liberentur. Summum autem remedium prophylacticum in eo est, ut diaeta regula

servetur et causae occasionales studiosissime ntur. Deinde ubi malaria dominatur, caveant ines, ne in aëre degant humido, neve recum- t sub divo; ne fenestris patentibus dormiant, ique, si fieri potest, videant, ut domicilium, quod ri gaudet situ, sibi eligant. Summi momenti ut omnia evitentur, quae infectionem adjuvent, refrigeratio, indigestio, excessus in Baccho et ere, affectus etc.

I. Curatio Paroxysmi.

Sunt medici, qui paroxysmum in primordiis sup- iere conentur, alii, dum aegroto dent emeticum, dum venaesectionem instituant vel magnam Opii in (Landan. liquid. Sydenham. gutt. 15—20) igant. Quae methodi omnes rejeciendae sunt, medicamina habemus, quae processum certe llunt, nisi forte in febre intermittente perniciosa ptio fieri possit, ut spatium nanciscatur ad ad- ndum medicamentum radicale, dico Chinium, in exia.

Aegroto ipsi innatum est, quomodo in stadio jue se gerat. In lectum se confert in stadio oris, desiderat calidos liquores, atque imprimis ei nominandi sunt Infus. Flor. Sambuci, Ver- i, Chamomill. In stadio Caloris videant, ne ni- tegatur lectis, vestibus etc., ut porrigantur ei ores frigidi, Aqua fontana vel pura vel acidula; atur vero, ne liquoribus permultis utantur, quia lime emesis excitari potest. In stadio sudoris naneat in lecto aegrotus, atque adjuvetur fluidis horeticis, cui admixtum est Ammonium aceticum, is Dower., etc.

II. Curatio morbi totalis.

Summa quaestio in febre intermittente vertenda

est haec: quando temporis medicamenta adhibend sint? Etiam nunc inveniuntur medici, qui febre intermittentem non supprimi licere dicant, priusqua numerum quendam impetuum fecerit, quum nimi festinatio in medicamentis usurpandis varia excite incommoda, exempl. gratia obstructiones, Hydropen morbos recidivos. Quae sententia a peritioribus m dicis falsa et obnoxia cognita est. Quoque eni impetu redeunte morbus pertinacior fit, et signa se cundaria, ut alienationes lienis, ceteraeque, de qu bus diximus quo majorem gradum nanciscuntur, difficilius curandae sunt. Itaque ad summum paroxys mus alter atque iterum alter exspectetur, ut et Rhythmo et de natura certior fiat medicus, tu vero statim curationem totalem aggrediatur.

Febris intermittens simplex hac de causa qua celerrime rejicienda est. Nihilominus nonnullae su complicationes quae antea amoveri debent qua re oblivisci non licet, illa solum symptomata sig esse complicationis verae, quae in apyrexia rem neant:

a) Febris intermittens complicata esse pote Gastricismo, ataxia bilosa, et satis perv gata sententia est, haecce symptomata Em ticis, purgantibus, resolventibus, acidis e tollenda, febrem in formam simplicem red cendam esse, priusquam vel Cortex Chin vel Chinium porrigi liceat. Coërcenda o nino haec, considerare quidem necesse e gastricismum plurimo non esse complication sed localisationem in membrana mucosa i testinali, sine quo symptomate nulla fere e istat febris intermittens simplex. Itaque m dicamenta, quae febrem curabunt, sympt mata illa quoque secundaria amovebunt. Qu

experientia satis probavit. Symptomata gastrica exigua, ut nausea, gustus alienatus etc. ne retineant non solum a Chinio applicando, sed disparent etiam eo magis haec signa, quo, Chinio porrecto, impetus supprimuntur et mitigantur. Itaque valde peccaret medicus, qui symptomatibus illis gastricis abstineretur ab adhibendo medicamento specifico, quique complicationi semper semperque opponeret methodum antigastricam, nam febris hoc modo non curaretur, gastricismus vero ad majorem gradum tolleretur. Sin vero symptomata gastrica valde praevalent, primum offeratur emeticum; licet quoque sordes gastricas et intestinales purgantibus lenioribus ut Infuso Sennae comp, Tinct. Rhei, oleo Ricini amovere, sed nunquam obliviscamur, medicamentis drasticis morbum posse augeri. Qua indicatione observata ad Chinium transeatur.

) Altera complicatio est affectio inflammatoria organorum quorundam, lienis, hepatis, pulmonum, cerebri etc. Quamquam regula est, hanc complicationem tolli, priusquam adhibeatur Chinium, scire tamen necesse est, has quoque affectiones saepenumero nihil aliud esse nisi localisationes processus intermittentis.

) In intermittentibus perniciosis indicatio vitalis prima est. In paroxysmo ipso rationem habeamus symptomatibus gravissimis atque necessarium fieri potest, venaesectionem institui, Revulsiva fortia, Analeptica adhiberi. Saepenumero sufficit, ut Laudanum detur p. d. gutt. 5—10 hora quaque quadrante vel dimidia.

De medicamentis febrifugis.

Nomen Febrifugorum ea medicaminum class habet, quae processum intermittentem delent. Int morbos Febris intermittens is, quem Chinae pra paratis atque Arsenico certe sanari dicere poss mus. Cetera omnia medicamenta, quae laudant supervacua sunt, quia usque ad hodiernum diem nu lum aliud eundem optimum eventum adduxit. P usquam Pelletier et Caventou in Alcaloïdis Chin Agens efficax invenerunt, coacti fuerunt medici darent Corticem Chinae vel in Decoctis, vel infus pulvere etc. Jam vero sanandi propositum minc ope atque securius Alcaloïdis utendis adsequim Quando Cortex in substantia praeferenda sit, a loco commemorabimus.

Ex more utimur Alcaloïdis, Chinio, Cinchon Chinoidinio, eorumque salibus, ut Chinio sulfuric acetico, citrico, hydrochlorato, tannico, valerianico e

Praeparatum usitatissimum est Chinium sulfu cum, verisimiliter hac de re, quia facile dissolvit atque digeritur. Chinium simplex non eodem gra dissolubile est, sed minoris amaritudinis caussa infantibus sanandis praeferendum est. In pra pauperum minoris pretii caussa Cinchonium persae adhibetur, quod nullo modo reprobari licet, quum intermittentibus simplicibus eundem bonum succe sum habet, quem Chinium.

In Germania ad usum internum Chinium sulf ricum plurimo aut in pilulis aut in pulvere dat Quum solutio optabilis apparet, tum menstruo adda tur tot guttarum Acid. sulfuric. quot granorum Ch nii. Formatur quidem hac via Bisulphas Chinii, s Chinio sulfurico solubilius. Mixturae admisceat Syrupus quilibet.

n quanam dosi, quando temporis morbi, quo- Chinium porrigendum est? Quum his de quaes- bus sententiae maxime variae proferebantur, ex ariae methodi exoriebantur, quarum usitatissi- sunt, quae sequuntur.

) Dosis Chinii granorum 10—30 ad tollendam febrem sufficiens habetur. Quae quantitas vel semel, vel in refracta dosi, vel statim post paroxysmum praeterlapsum, vel in apyrexiam distributa, vel brevi tempore ante paroxysmum exspectandum dari potest.

) Chinii datur in apyrexia p. d. gran. 1—5, omni bihorio, trihorio, quadrihorio. Quae methodus valde pervulgata atque plurimum sufficiens est.

) Multi medici praeferunt, ut, paroxysmo plane praeterlapso (vel jam in stadiis caloris et sudoris) dosin Chinii granorum 15—20, pro ut in apyrexiam distribuant, una vice dent, quo impetum sequentem secure prohiberi simulque vim, organa ad integrum restituentem augeri dicunt. Alii vel unam vel duas horas ante paroxysmum Chinii grana 10. dant, quo fieri debet, ut unus tantum impetus, et valde mitior, redeat. Quum jam temporibus recentioribus permulti medici hac methodo utantur, cogitanda tamen nonnulla sunt quae imitabilem haudquaquam videri sinunt. Morbi recidivi et hac methodo conspiciuntur, in praxi praecipue privata atque in hominibus qui noxis causantibus expositi manent. Quum porro quandoque evenit, ut brevi tempore ante paroxysmum stomachi irritabilitas aucta sit, fieri potest, ut aut vomatur medicamentum aut utique stomachum molestet. Tandem ne-

gligendum non est, magnis Chinii dosib
phaenomena toxica posse provocari, soni
aurium, vertigine, dolore in dorso, in capit
deliriis se manifestantia, quae, etsi plurimu
post viginti quatuor horas evanescere sole
tamen ad gradum periculosum corrobora
possunt. Itaque hanc methodum in intermi
tente febre utique perniciosam probari pos
nobis persuasum habemus, praesertim qu
saepissime parvae Chinii doses suffici
Stomacho irritato, medicamentum vel in cly
mate (Chinii sulf. gr. 15—30 cum Acid. su
Drachm. $1/_2$ in infus. Chamomill), vel ende
matice applicetur.

Magno errore capti sunt, qui opinantur, cur
tionem esse finitam, ubi semel atque iterum non r
dierit impetus, nam paulo post certe morbus recidiv
est. Quare reconvalescens tam diu utatur vel Chinio v
Chinoidinio, dum, si quotidiana vel tertiana fue
febris, grana 24—30, si quartana, grana quadr
ginta sumpserit. Quo facto, ut certe caveantur r
iterationes, etiam tunc utile erit, corticem Chin
vel sub forma pulveris vel decocti, per dies octo u
que ad quatuordecim praescribi aegroto.

De methodo curandi nequaquam consentiunt m
dici, quae post febrem deletam adhibeatur. Simp
cissimum est, Chinii vel Chinoidinii granum un
ter quaterve per diem porrigi, dum nonnulli secu
dum legem quandam agunt, ita quidem, ut dieb
his duabus, quibus paroxysmus exspectatur, do
Chinii granorum quinque porrigi jubeant (ter
quartoque die in quotidiano, quinto septimoque
tertiano, septimo decimoque die in quartano typ
Alii, quum observaverint, febrem quotidianam
decimo quarto, tertianam septimo, quartanam deci

post ultimum impetum redire solere, hos dies
rationem prophylacticam eligúnt.
hoenlein corticem Chinae ad cavendum reci-
Chinio aptiorem habet, isque paeclarissimus
lverem corticis in quotidiana per dies quatu-
m, in tertiana per hebdomades tres, in quar-
per mensem porrigi jubet, et eo quidem modo,
bus, quibus exspectatur febris, primo suma-
nni bihorio, et diebus, ab ultimo paroxysmo
ioribus, rarius in usum veniat, dum denique
tantum febrilibus eo uti necesse sit. Quo-
consentaneum est quod in nosocomio militari
nsi, in qua urbe febres intermittentes ende-
sunt, per nonnullos annos experimus. Me-
s nostra simplicior est, sed sufficientem inve-
. Sexto quidem die post paroxysmum ultimum
tus pulveres duos sumit ex Stib. sulf. aurant.,
ulfuric., Pulv. Cort. Cass. Cinnamom. aa. granis
npositos et insequente die Pulveris febrifug.
macop. mil.) unciam, drachmam p. d. bihorio.
sibus pertinacibus, in morbis recidivis, doses
octo die decimo quarto, quandoque iterum vi-
o primo repetuntur. Nullo modo opus est,
m tempore menstruationis differi, quia men-
on raro morbum recidivum provocant. Cur
per periodum reconvalescentiae Chinio prae-
la sit, in eo causa inveniatur, quia China
ntis amaris et aromaticis Chinio aptior est
llendam debilitatem et anaemiam, quae sae-
febre praeterlapsa, remanent. Magis fortasse
endandum sit, si decocto Chinae admisceatur
m; Decoct. Chinae cum Acid. mur. parato
macop. milit.) huic indicationi respondet.
o diutius febris duraverit, eo diutius aegro-
servetur; ne curatio omnino finiatur, prius-

quam et palpitatione et percussione de liene et
pate, ad volumen normale reductis, certiores f
non simus; aegrotus porro liber sit doloribus
dorso; appetitus edendi, vires, somnus redier
Per se intelligitur, quamdiu morbus recidivus tim
dus sit, omnia esse vitanda, quae revocent, ut
frigeratio, aër nocturnus, indigestio, ne aegr
fruatur piscibus, fructibus crudis acidulis, cibis
guibus, lacte non cocto, caseo; abstineat coitu
Nonnullae febres ita pertinaces inveniuntur ut aeg
tus non prius sanetur, quam ubi deseruerit ter
regionem, ubi febres grassantur. Tunc saepiss
sine medicamentis cessant.

Arsenico eodem modo febris intermittens
natur, quo cortice Chinae ejusque praeparatis.
multo fortius est; itaque praecipue in febri
pertinacibus cum typo quartano adhibetur, quae
diu frustra chinae ope impugnabantur, item in fe
bus perniciosis intermittentibus, ubi medulla spi
lis affecta est, in quibus prompta atque certa im
tus suppressio prima est sanandi conditio. M
quidem arsenici adversarii verba faciunt de se
lis perniciosissimis, quae febre fugata restent,
les sunt: hydrops, physconia hepatis et lie
cachexia etc.

Multiplex experientia contraria ostendit, immo
cuit arsenicum interdum esse medicamentum,
haec residua vincere possit certius, quam china

Nosocomia militaria ab anno duodecimo u
ad quintum decimum hujus saeculi satis argum
praebuerunt.

Ill. Schoenlein ait: „Wir haben hier im Ho
tal den Arsenik schon seit Jahren in den verz
feltsten Fällen, wo China nichts mehr zu lei
vermochte, wo die Individuen ganz leukophleg

sch waren, und der Verdacht, dass Hydrops sich
usbilden würde, fast an Gewissheit gränzte, an-
ewandt, und herrlichen Erfolg gesehen.“ (Schoen-
ein's Vorlesungen IV. pag. 40).

In eadem pagina porro dicit: „Vorurtheilsfreie
Beobachtung lehrt, dass Hydropsien und Desorga-
isationen der Bauchorgane, die man vom Gebrauche
es Arseniks fürchtet, bei weitem seltener sind als
eim Chinagebrauch.“

His factis effata Francogallicorum et Anglicorum
edicorum consentiunt. Boudin (Journ. de méd.
ar Trousseau 1845) formas hujus morbi invetera-
ıs arsenico sanavit; item Brown et Pereira.

Vita.

Natus sum Carolus Leo Pusch, Schoenbrunnensis,
catholicae addictus d. IX mens. April. A. MDCCCXX
patre Francisco Christiano, quem mihi undeviginti a
nato mors inexorabilis abstulit, matre Clara, de g
Funke, quam Deus optimus maximus hucusque vivam
incolumem mihi servavit, servetque in posterum. Pr
literarum elementis imbutus, Saganense, Directore Flo
florens adii gymnasium, quod quum per septem a
frequentavissem, cum Lubanensi commutavi, Directore
Schwartz, viro humanissimo, florente. Testimonio m
ritatis instructus anno MDCCCXLVIII mensi Octobri,
ter cives instituti medico-chirurgici Friderico-Guileln
receptus sum et per quadriennium virorum illustrissi
rum et celeberrimorum hisce interfui lectionibus:

Cel. Boehm de arte ophthalmiatrica, de akiurg

Ill. Casper de arte formulas rite concinnandi;

Ill. Dove de physice;

Exp. Elsholtz de morbis simulatis et dissimul

Beat. Hecker de encyclopaedia medica, de pa
logia generali, de Celsi libris;

Ill. Juengken de chirurgia speciali, de vulneri

Ill. Langenbeck de morbis organorum urop
corum, de diagnoscendis tumoribus.

Exp. Lauer de semiotice, de therapia generali

Ill. Lichtenstein de zoologia;

Beat. Link de botanice, de historia naturali
plantis cryptogamis;

Ill. Mueller de anatomia comparata, patholo
organorum sensuum, de physiologia speciali et ge
tionis;

Ill. Mitscherlich sen. de chemia organica e
organica, de pharmacia;

Ill. Mitscherlich jun. de materia medica, de mecamentis excitantibus.

Cel. Preuss de historia;

Ill. Romberg de pathologia et therapia speciali;

Ill. Schlemm de anatomia universa, de osteologia, e splanchnologia, de syndesmologia;

Beat. Schmidt de arte obstetricia;

Ill. Schultz de botanice, de physiologia, de pathogia generali;

Cel. Troschel de arte fascias rite imponendi, de racturis et luxationibus;

Ill. Weiss de mineralogia;

Cel. Werder de logice et psychologia.

Excercitationibus practicis interfui virorum:

Cel. Boehm de akiurgia;

Ill. Casper de medicina forensi;

Ill. Schlemm de arte cadavera rite secandi.

Clinicis medicis, chirurgicis, ophthalmiatricis, obsteiciis interfui virorum celeberrimorum ac peritissimorum:

Boehm, Ebert, Juengken, Romberg, Schoenein, Simon, Wolff, Beat. Schmidt.

Quibus omnibus viris optime de me meritis, quantas ossum semper agam gratias.

Quadriennio praeterio per menses sex in caritatis nosoemio Berolinensi medicis praesto fui et postea medici enturiati munus in legione peditum XXII hocusque funcis sum atque fungor.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico, quam meico, nec non examine rigoroso coram Gratioso medicoum ordine superatis, spero fore, ut, dissertatione thesiusque publice defensis, summi in medicina et chirurgia onores in me conferantur.

Theses.

1. In metrorrhagiis parturientium ex placenta praevia ut plurim foetus extractio optimum esse adminiculum.
2. Infectio syphilitica primaria ut plurimum praeparatorum m curialium usu carere potest.
3. Ad cognoscendam frequentem epilepsiae simulationem un tantum, quod nunquam fallit, auxilium exstat.